hoīm ad fidē. p̱ quā cōgregabunt̃ hoīes in
dn̄i horreū. Vn̄ ſequit̃. Ecce dico vobis le=
uate oculos vr̄os ⁊ videte regiones q꞉ iā al
be ſunt ad meſſem. hoc dicebat ꝓpter ſamari=
tanos veniētes ad ip̄m iā diſpoſitos ad cre=
dendū. ¶ Scd̄o docuit diſcip̄los p̄dicare le
tanter. vt. ſ. ↄſideratōe p̄mij nō euitarēt p̄di=
candi labores. Sicut enī ſamaritani iā erāt
diſpoſiti ad credendū per p̄dicationē xp̄i. ita
etiā xp̄s videbat multitudinē gentiū p̱ totū
mundū cito ↄgregandā in horreū eccleſie p̱
p̄dicationē ap̄loꝝ. ex qua predicatōe merue=
runt p̄miū eterne vite. Et hoc eſt ꝙ dicit̃. Et
qui metit mercedē accipit. in p̄nti enī eſt pri=
ma meſſis p̱ quā hoīes adducunt̃ ad fidē. et
in hac meſſe meſſores fuerūt ap̄li. Vltīa ṽo
meſſis erit ī iudicio qn̄ colliget̃ fideles intra
horreū glīe. et tūc meſſores erūt angeli. Et iō
ſequit̃. Qui ↄgregat fructū. i. multitudinē fi
deliū reponendā in vitā eternā. q꞉ p̱acto iudi
cio reponent̃ ī horreo glīe p̱ miniſteriū ange
loꝝ. Et q꞉ xp̄s locut⁹ ē de meſſe ſp̄uali p̱ ſili
tudinē meſſis corp̱alis. iō oñdit in' q̄ eſt ſilis
et in q̄ diſſimilis. Ad cui⁹ intellectū ſciendū
ꝙ apud iudeos erat ꝓuerbiū de hoc ꝙ qn̄ ali
quis multū laborabat in re aliq̄ et ali⁹ repor
tabat fructū dicebat̃ ꝓuerbialiter. Vnus ſe=
minat et alius metit. q̄ſi diceret̃. vn⁹ laborat
et alius gaudet. Et ſic aliqn̄ ↄtingit de meſſe
corporali. que ab vno aliqn̄ ſeminat̃. et ab e⁹
hoſte irruente colligit̃. De meſſe vero ſpiri=
tuali ſic eſt. ꝙ alij ſeminauerūt et alij meſſue
runt. q꞉ patriarche et ꝓphete antiqui ſemina
uerūt prima ſemina fidei ſed ap̄li meſſuerūt.
inquantū populū ad p̱fectionē fidei reduxe=
runt. Veruntn̄ vterqꝫ reportat gaudiū. quia
tam ꝓphete antiqui q̄ꝫ etiā apoſtoli ꝓpter meri
tum laboris ſui recepti ſūt ad celeſte gaudiū
Et in hoc nō tenet ꝓuerbiū de meſſe corpo=
rali de qua nō gaudet ſeminās ſi ab alio me=
tatur. Et hoc eſt qd̄ dicit̃ vt et q̄ ſeminat ſi=
mul gaudeat et q̄ metit. ſ. ꝓphete ⁊ ap̄li. in hoc
enī verbo verū eſt. i. ꝓuerbiū eccleſie ꝓ tanto
habet locū in ꝓpoſito. q꞉ ali⁹ eſt q̄ ſeminat. ſ.
patriarche ⁊ ꝓphete. et alius eſt q̄ metit. ſ. apo
ſtoli. Jd̄o ſequit̃. Ego miſi vos metere. i. ad
p̱fectionē fidei adducere. qd̄ vos nō labora=
ſtis ꝓphete enī et patriarche multū laboraue=
runt in denunciando aduentū xp̄i ⁊ arguen
do fidelitatē ꝓp̄li. ꝓpterea ſubaudit̃ Alij labo
rauerūt ⁊ vos in labores eoꝝ introiſtis. q꞉. ſ.
ꝓphetias ab alijs ꝓnunciatas predicabitis.
¶ Tercio docuit xp̄s diſcipulos p̄dicare p̱ſe
ueranter. q꞉ manſit ip̄e cū ſamaritanis duos
dies. Dicit̃ nāqꝫ ī euāgelio. Ex ciuitate autē
illa. ſ. ſichar multi crediderūt in eū ſamarita=
norū ꝓpter verbū mulieris teſtimoniū p̱hibē
tis q꞉ dixit mihi oīa quecūqꝫ feci. Jſtud teſti
moniū videbat̃ efficax ex duobꝫ. Primo q꞉ di
cebat ↄ̄ honorē ſuū ex zelo veritatis. Scd̄o
q꞉ oſtendebat eū ſcire talia q̄ nō poterat ſcire
via hūana. Veruntn̄ q꞉ hoc teſtimoniū non
fuit niſi q̄dā p̱ſuaſio ad credendū. q꞉ p̱fectio
fidei ip̄oꝝ facta eſt p̱ xp̄m. Jdeo ſubiungit̃.
Cum igit̃ veniſſent ad illū ſamaritani roga=
bāt eū vt ibi maneret ⁊ acqeuit petitioni eoꝝ.
Et mlt̄o plures crediderūt in eū ꝓpter ſermo
nē eius q̄ꝫ a p̄ncipio. et pleriqꝫ dicebāt mulie
ri. q꞉ iā nō ꝓpter loquelā tuā credim⁹. ip̄i enī
audiuim⁹ ab ip̄o. ſ. q̄ eſt deus et hō. et ſcim⁹
firmiter credēdo q꞉ hic ē vere ſaluator mūdi
Cui p̱ tot innumeris bn̄ficijs hūano generi
collatis oēs debitas gr̄as p̱ſoluamus. vt ſic
mereamur ingredi regnū celoꝝ. Amen.

¶ Sermo ſextuſdecimus de mirabili reſur
rectione lazari.

STatim prodiit

qui fuerat mortuus. Scribū
tur hec verba Jo. xi. ca. Etſi
oīa mirabilia q̄ fecit xp̄s mē
tes nr̄as ī admiratōes p̱ducere debeāt. id tn̄
p̄ ceteris efficit ſtupenda reſurrectio lazari.
Jdeo Aug⁹. in omel'. ita inq̄t. Jnter oīa mi=
racula q̄ fecit dn̄s lazari reſurrectio p̄cipua
p̄dicat̃. Sed ſi attendim⁹ q̄s fecerit. delecta
ri debemus poti⁹ q̄ꝫ admirari. Jlle ſuſcitauit
hoīem q̄ fecit hoīe⁊. plus eſt hoīem creare q̄ꝫ
reſuſcitare. hec ille. Quia vero in tāto mira=
culo ⁊ fides roborat̃ dum potētia diuinitat⁊
xp̄i oñdit̃. et ſpes ad immortalitatē ſubleuat̃.
Jdeo in perſenti ſermone de lazaro reſuſcita
to dicemus. de quo tria erunt myſteria con=
templanda.

¶ Primū d꞉ infirmitatis incurabilis.
¶ Secundū mortis indubitabilis.
¶ Terciū reſurrectōis mirabilis.
¶ De infirmitate incurabili lazari ꝓ qua cu
randa miſerūt ſorores ei⁹ nunciū ad ieſum.

¶ Capitulum primū.

PRimū myſteriū ↄtemplandū de laza
ro reſuſcitato d꞉ infirmitat⁊ incura=
bilis. Hoc vtiqꝫ ↄtinet̃ in. i. p̱te euan
gelij vbi ſic ſcribit euāgeliſta. Erat q̄dā lan=
guens lazarus. dicit Nico. de lira. ꝙ infir=
mitas ei⁹ erat mortalis eo ꝙ languebat. defi
cientibꝫ q̄ſi viribꝫ et vie nature curari nō po
terat. Sequit̃ littera. A bethania de caſtello
marthe et marie ſororū ei⁹ q꞉ in illo caſtello
iacebat infirmus. Erat autē bethania iuxta

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

hieruſalē q̄ſi ſtadijs quindecim. Maria aūt erat que vnxit dn̄m vnguēto et exterſit pedes eius capillis ſuis cuius frater lazarus infirmabat. Utrū aūt hec maria fuerit illa peccatrix de q̄ ſcribit Luc. vij. c. varie loquūt doctores. Hiero. eni et Criſoſt. dicūt iſtā fuiſſe aliā. Vn̄ illa dr̄ peccatrix. hec ſancta et boneſta. et ꝓpter hoc nomē illius tacet. iſtius autē nomē hic exprimit et ambe vnxerunt xp̄m. Sed illa fecit hoc ex pctōꝝ ſuorū ꝯpunctōe iſta ex deuotōe. Grego. vero et Aug⁹. dicūt cōtrariū. vn̄ in li. de ꝯſenſu euāgeliſtaꝝ dicit Ꝙ iſta maria bis vnxit dn̄m. ſumēs argumētū qꝛ Jo. dicit. hec vnxit in p̄terito exprimēs vnctionē pedū. et in ſequēti ca. explicat ſc̄daꝫ vnctionē capitis. p̄ma aūt vnctio fuit ex ꝯtritione quā lucas narrat diffuſe ⁊ hic breuiter repetit. Sc̄da vero vnctio fuit ex deuotōne huic opinioni adheret ſc̄tā mr̄ eccl̄ia. vt plenius poſui i q̄drageſimali. Ergo ad lazarū redeam⁹ Miſerūt quidē ſorores ei⁹ curationē fratris deſiderātes ad ieſum dicētes. Dn̄e ecce quē amas infirmat. Queret hic aliq̄s cur nō iuerūt ip̄e ꝑſonalit̄. Ad h̄ ita Criſo. inq̄t. Ideo nō iuerūt ad xp̄m ſic centurio et regulus. qꝛ vehementer cōfidebant de xp̄o ꝓpter multā familiaritatē quā habebāt ad eū et qꝛ a luctu detinebant. Theophil⁹ vo ait. Mulieres erant q̄s nō decet de facili domū exire. Hoc Hiero. in ep̄la ad Euſtochium docet. Rarus ait tibi ſit egreſſus i publicū martyres tibi querant in cubiculo. Diſtabat itaq̄ȝ a bethania xp̄s ꝑ dietā. poſtq̄ȝ eni iudei voluerunt eū lapidare ex eo ꝙ dixerat. Ego et pr̄ vnū ſum⁹. ip̄e de manib⁹ eoꝝ euadens abijt trās iordanē ad quē nō iuerūt ſorores lazari rōnibus p̄dictis. ſed miſerūt nec dixerūt veni. qꝛ amāti ſufficit nūciare neceſſitatē amici Audiēs aūt ieſus dixit eis. ſ. reſpondēdo ꝑ nunciū. Infirmitas hec nō eſt ad mortē: ſꝫ ꝑ gloria dei. vt glorificet fili⁹ dei ꝑ eā. Nō eſt ꝑ hoc intelligendū vt doctores ſancti declarāt ꝙ lazarus ſm̄ opinionē quorundā hereticorū nō fuit vere mortuus. qꝛ ſic deſtrueret veritas euāgelij. cū tn̄ infra xp̄s dicat. lazarus mortuus eſt. Sed ꝓ tanto dr̄. Infirmitas hec nō eſt ad mortē. qꝛ nō tendebat ad mortē ibi ſiſtendo ꝓpter reſurrectionē. Hinc Theophilus dicit. Ipa mors nō erat ad mortē. ſꝫ poti⁹ ad miraculū. quo facto crederēt hoīes in xp̄m et vitarēt veram mortē. Ideo dixit. ſed ꝓ gloria dei ⁊c̄. qꝛ. ſ. in reſurrectiōe lazari manifeſtari debebat virtus et potētia diuinitatis que erat in xp̄o qui verus homo erat ac verus deus. Ut aūt audiuit qꝛ infirmabat.

Tunc quidem manſit in eodē loco ſcꝫ trās iordanē duobus dieb⁹ expectando. vt refert Criſoſto. vt lazarus moreret et ſepeliret eſſet ꝙ quatriduanus anteq̄ȝ illuc accederet ad maiorē certitudinē miraculi.

De morte lazari ⁊ de verbis xp̄i cū apoſtolis anteq̄ȝ iuiſſet ad lazarū ſuſcitandū.

Capitulū ſecundū.

Secundū myſteriū ꝯtemplandū de lazaro reſuſcitato dr̄ mortis indubitabilis. nā indubitant lazar⁹ mortuus eſt. qd̄ xp̄s diſcipulis voluit ſapiētiſſime ꝓpalare. Dixit eni eis. Eamus iterū in iudeā. Dicūt ei diſcipuli. Rabbi nūc q̄rebāt te iudei lapidare et tu iterū vadis illuc. q̄ſi dicāt. nō eſt tibi nec nobis ſecurū. Rn̄dit ieſus. Nonne duodecim hore ſunt diei ſi q̄s ambulauerit ī die nō offendit: qꝛ lucē hui⁹ mūdi videt. Si aūt ambulauerit in nocte offendit. qꝛ lux nō eſt in eo. Hic ſm̄ aliq̄s appellat ſe diē. et duodecim ap̄los. xij. horas. ac ſi dicat. Hore ſequunt diem et nō dies horas. Sic ⁊ vos debetis ſequi voluntatē meā nō ego veſtrā. Et id̄o ſi voluntatē meā q̄ ſum dies ſecuti fueritis nō offendetis. ſi aūt voluntatē vr̄aꝫ q̄ eſt nox ſecuti fueritis offendetis. Uel aliter p̄t intelligi ſm̄ Nico. de lira. Nōne. xij. hore ſūt diei nō debetis credere ꝙ iudei ꝑſeuerēt in volūtate me lapidādi. qꝛ ſicut hore mutabiles ſūt ſic et affect⁹ hoīm quinimmo ſepi⁹ in die mutatur cor hoīſ q̄ȝ hore. Et id̄o ſi q̄s ambulabat in die. i. ſancte iuſte et pacifice nō offendit. et ſm̄ primā expoſitiōꝫ. q̄ ambulat in die. i. me cū q̄ ſum lux mūdi faciēs diē grē. nō offendit id ē ſecurus dꝫ eſſe. qꝛ lucē hui⁹ mūdi videt. i. meip̄m. Si q̄s aūt ambulauerit in nocte. i. ſine p̄ntia mea offendit. poſtq̄ȝ ſic dixit reuelauit mortē lazari noīe ſomni exp̄mēs illā. Lazarus inq̄t amic⁹ nr̄ dormit ſed vado vt a ſomno excitē eū. Hic Aug⁹. ait. Ꝙ aūt dixit. dormit verū dixit. dn̄o dormiebat hoīb⁹ mortuus erat q̄ eū ſuſcitare nō poterāt. Nā dn̄s tāta felicitate excitabat de ſepulcro quāta tu excitas dormientē de lecto. Dixit ergo dormit ſm̄ potentiā ſuā. hāc aūt cauſam ſui itineris vt dicit Nico. de lira. aſſignauit vt eſſe curaret diſcip̄los. q̄ſi dicat. nō debetis timere qꝛ nō vado ad diſputandū cū iudeis: ſꝫ ad lazarū ſuſcitandū. At diſcipuli rn̄dere. Dn̄e ſi dormit ſaluus erit. i. ex quo dormit ſignum eſt ſue curatōis. nō eſt neceſſariū ꝙ vadas illuc. Nondū eni erāt aſſecurati ad plenū per verba xp̄i. qꝛ aduc erāt infirmi et imperfecti. Sed graue videt nōnullis ꝙ diſcipuli crediderint dn̄m velle ire tā longā viā ad hominē

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

excitandũ. Pro quibꝫ ita refert Criſo. Iſtud
dicem⁹ qm̃ extimabant hoc enigma eſſe q̃lia
multa loquebat̃. qꝛ etiã erãt rudes ⁊ in timo
repoſiti male capiebãt verba xp̄i. Iõ inſta-
bant ne redirẽt in iudeã. Tũc manifeſte lo-
cutus eſt dicẽs. Lazar⁹ mortuus eſt et gau-
deo nõ. ſ. de morte ei⁹ abſolute. ſed ꝓpter vos
vt credatis ⁊ in fide cõfirmemini. qm̃ nõ erã
ibi et tm̃ mors illi⁹ mihi nota fuit. Sꝫ eam⁹
ad eũ. Dixit thomas. ſ. alijs diſcipul̃. Eam⁹
et nos et moriamur cũ eo. ꝓtulit hec verba
tho. ſm aliq̃s ex quadã deſperatõe. Uel ſm
alios ex amore ⁊ dilectõe. q̃ſi diceret. meli⁹ eſt
nobis cũ illo mori q̃ꝫ ſine illo viuere. Uenit ḡ
ieſus et inuenit eũ q̃ttuor dies iam in monu
mẽto habentẽ. Quattuor dies dicit ad oſtẽ-
dendũ certitudinẽ mortis. qꝛ licet ſint aliq̃ in
firmitates latẽtes quibꝫ videt̃ aliq̃s mortuuſ
ad tp̄s hoc tñ nõ durat ꝑ q̃ttuor dies. Dicit
etiã in monumẽto. ſ. intra recluſus. qꝛ dato
ꝙ fuiſſet ibi poſit⁹ viuus. nihilomin⁹ in tan
to tp̄e fuiſſꝫ ibi mortu⁹. Multi aũt ex iudeis
venerãt ad marthã ⁊ mariã vt cõſolarent̃ eas
de fratre ſuo. Sed quõ inq̃t Criſo. iudei cõ-
ſolabant̃ dilectas a xp̄o. cũ iam ſtatuiſſent ꝙ
ſi q̃s xp̄m ꝯfiteret̃ extra ſinagogã fieret. Sꝫ
ꝓpter calamitatis neceſſitatẽ aut q̃ſi nobiles
has mulieres reuerẽtes eas cõſolabant̃. aut
qꝛ hi aderãt q̃ nõ mali erãt multi enĩ ex ipis
credebant. hec ille. Martha ergo vt audiuit
qꝛ venit ieſus. ipa enĩ habebat curã domus.
Et iõ primo eſt ei nunciat⁹ aduẽtus xp̄i ꝑ ali
quẽ qui illũ ꝓuenerat et occurrit illi reuerẽ-
ter et deuote.. Maria aũt domi ſedebat cum
iudeis q̃ ad eas venerãt. Dixit ḡ martha ad
ieſum. Dñe ſi fuiſſes hic frater me⁹ nõ fuiſſet
mortu⁹. Ex hoc apparet ꝙ credebat ipm po-
tuiſſe pſeruare fratrẽ ſuũ a morte tm̃ imꝑfecte
credebat. qꝛ videt̃ innuere ꝙ nõ poſſet xp̄us
tm̃ abſens q̃ꝫtum pſens. Subdidit martha.
Sed ⁊ nũc ſcio qꝛ quecũqꝫ popoſceris a deo
dabit tibi deus. Videt̃ ꝑ hoc ꝙ nõ fuiſſꝫ bñ
edocta de ei⁹ diuinitate qꝛ nõ dixiſſet q̃cunqꝫ
popoſceris. ſed quecũqꝫ iuſſeris fiẽt. Dixit il
li ieſus. Reſurget frater tuus. hoc illa intelle
xit de reſurrectõe futura. ꝓpterea r̃ndit Scio
qꝛ reſurget in reſurrectõe in nouiſſimo die.
loquebat̃ aũt de reſurrectõe generali ſm Cri
ſoſto. vel qꝛ audierat multa a xp̄o de reſurre-
ctiõe loquẽte. Uel qꝛ erat de ſecta phariſeoꝝ
q̃ reſurrectionẽ cõfitebant̃ ex verbis ſcriptu-
rarũ. Dixit ei ieſus explicans intentionẽ ſuã
de reſurrectõne ꝓpinqua. Ego ſum reſurre-
ctio et vita. Sum. ſ. vita ꝑ eſſentiã ꝓpter qđ
ſum cã vite oĩbꝫ viuẽtibus ⁊ poſſum dare vi
tam mortuis. Quia qđ eſt tale ꝑ eſſentiaꝫ eſt
cã oĩm alioꝝ q̃ ſunt ꝑ ꝑticipationẽ vt habet̃
ij. metaphy. Qui credit in me etiã ſi mortu⁹
fuerit viuet. Et oĩs q̃ viuit et credit in me nõ
morient̃ in eternũ. credis hoc? Nõ petit quaſi
ignorãs ſed q̃rens ei⁹ cõfeſſionẽ ad meritũ.
qꝛ ore fit cõfeſſio ad ſalutẽ. Ait illi vtiqꝫ dñe.
ꝑ verba enĩ xp̄i erat in fide inſtructa. plenius
in fide q̃ꝫ ante qđ ꝑꝫ ex ei⁹ ſequẽti cõfeſſione
Ex qua primo exprimit̃ xp̄i dignitas ſacer-
dotalis et regia cum đr. Ego credidi qꝛ tu es
xp̄s. i. vnctus. vnctio debebat̃ regibꝫ ⁊ ſacer
dotibꝫ. Scđo explicat̃ xp̄i diuinitas cũ ſeq̃-
tur. fili⁹ dei. ſ. naturalis. Tercio ponit̃ incar
natõis veritas cũ ſubdit̃. qui in hũc mundũ
veniſti. nõ ꝑ loci mutationẽ: ſed ꝑ carnis aſ-
ſumptionẽ. Et cũ hoc dixiſſet a xp̄o edocta
abijt ⁊ vocauit mariã ſororẽ ſuã ſilẽtio. Cri-
ſo. ait. Ideo occulte ſororẽ vocat. qꝛ ſi ſciuiſ-
ſent iudei xp̄m aduenire receſſiſſent ⁊ nõ fuiſ
ſent teſtes miraculi. Dixit itaqꝫ martha ſoro
ri. Magiſter adeſt et vocat te. Nõ eſt creden-
dum hoc loco marthã fuiſſe mẽtitã. cũ dixit.
vocat te. qꝛ nõ fuit ab euãgeliſta expreſſuꝫ cũ
id euãgeliſta fecerit ꝓpter breuitatẽ. Ut autẽ
maria audiuit marthã ſurrexit cito et venit
ad xp̄m. q̃ nondũ venerat in caſtellũ ſed erat
adhuc in illo loco vbi occurrerat ei martha.
iudei ergo q̃ erãt cũ ea in domo ⁊ cõſolabant̃
eã ſecuti ſunt eã dicentes. qꝛ vadit ad monu-
mentũ vt ploret ibi. maria ergo cum veniſſet
vbi erat ieſus vidẽs eũ cecidit ad pedes eius
⁊ dixit ei. Dñe ſi fuiſſes hic frater me⁹ nõ fuiſ
ſet mortuus. At ieſus vt vidit eã plorantẽ et
iudeos q̃ venerãt cum ea plorãtes infremuit
ſpũ et turbauit ſemetipm et dixit. vbi poſui-
ſtis eũ. Hic dicit Beda. Nõ oĩa dixit maria
q̃ martha ꝓtulerat. qꝛ ꝯſueto hoĩm more ꝑ
lachrymis nõ oĩa q̃ voluit ꝓferre potuit. Et
de xp̄o ait Criſo. Marie loquẽti nihil xp̄us
loquit̃. neqꝫ ea dicit q̃ ſorori dixerat. Turba
enĩ aderat multa et nõ erat tp̄s illoꝝ verboꝝ.
Sed cõdeſcendit et humiliat̃ humanã natu
ram denudans. Infremuit ergo ſpũ et tur-
bauit ſeipm. Dicit Nico. de lira. Fremitus
cõſurgit ex indignatõe. Iſte ergo xp̄i fremi-
tus ꝓcedebat ex indignatõne eius ꝯtra dia
bolũ per cuius ſuggeſtionẽ mors intrauit in
mundũ. quẽ erat cito debellaturus. Turba-
tio aũt illa ꝓcedebat ex cõpaſſione lazari ⁊ ſo
rorum eius. Sciendũ tñ ꝙ iſte paſſiones et
cõſimiles nõ fuerũt in xp̄o vicioſe ſed magiſ
virtuoſe. quia nõ erãt ꝑuertentes iudiciũ rõ-
nis ſed magis ſequẽtes et per ipm excitate.
Aduertendũ inſuper ꝑ eo ꝙ chriſtus dixit.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

vbi poſuiſtis eū. qꝛ ſm Auguſtinū in li. de
verbis dñi. Nō locū ſepulti ignorare credi
debet ſed fidē populi approbare volebat. At
aūt dixerūt ei veni et vide et iter verſus mo=
numentū cepit. lachrymatꝰ eſt ieſus. Lachry
mabatꝛ quidē ex cōpaſſione et pietate tanꝗ̄ ve
rus homo. lachrymabatꝛ etiā vt pie ꝯſiderare
poſſumꝰ ꝓpter ea q̄ quintadecima futura die
ventura erant ſuꝑ eū. Itaqꝫ intra ſemetipm̄
flendo dicebat. O lazare mi dilecte ego plo=
rando ad tuū monumētū accedo. Et. xv. die
ſequenti magdalena cū mulieribus et matre
mea bñdicta de cruce depoſitū plorando me
ad monumentū nouū adducēt O lazare mi
ego hodie eruā te a faucibus mortis ⁊ quin
tadecima die ego ꝓ ſalute hoīm illiꝰ ptāci me
ſubdā. O lazare mi aīa tua exaudiet vocē me
am de inferis et corpi vniet. et. xv. die clama
bo in cruce ⁊ ingrati hoīes nō audiēt me vo
cantē. iudei aūt videntes xpm̄ flere dicebāt.
Ecce quō amabat lazarum. Quidā inſuꝑ ex
ipis dicebāt. Nō potuit hic qui aperuit ocu
los ceci nati facere vt hic nō moreretꝛ.
¶ Ex quinqꝫ ſunt ꝯditiones q̄ oſtendūt cer=
titudinē miraculi in reſurrectōe lazari.

¶ Capitulū terciū.

TErciū myſteriū ꝯtemplandū de lazaro
reſuſcitato dꝛ reſurrectōis mirabilis. in
quo quinqꝫ ſunt cōſideranda q̄ faciūt ad mi=
raculi certitudinē et magnificentiā.

¶ Primū eſt ſepulcri deſcriptio.
¶ Secundū lapidis amotio.
¶ Terciū xpi oratio.
¶ Quartū lazari vocatio.
¶ Quintū ſubita reſurrectio.

¶ Primū ꝯſiderandū eſt ſepulcri deſcriptio
vt aūt dixit textus euangelij. Ieſus rurſus
fremēs in ſemetipo venit ad monumentū. i.
ꝑuenit ſiue applicuit: Fremitus aūt ille ⁊ in=
dignatio fuit ꝓpter iudeos de illo iniq̄ mur=
murātes. Erat aūt ſpelūca et lapis ſuppoſi=
tus erat ei. Spelūca vt dicit hic Beda eſt ru
pis vocata. ¶ Scōm ꝯſiderandū dꝛ lapidis
amotio. dixit quidē ieſus tollite lapidē. Cri
ſo. hoc dixit vt eos teſtes faciat miraculi. Rñ
dit martha. Dñe iā fetet q̄ triduanus eſt. ſm
Theophilū hoc martha tanꝗ̄ diffidēs dixit.
veluti impoſſibile credēs poſſe fratrē ſuſcita
ri ob dierū diuturnitatē. Uel ſm alios. hec
verba nō ſunt deſperatōis ſꝫ potius admira
tionis. Dixit illis ieſus. Nōne dixi tibi qm̄
ſi credideris videbis glaꝫ dei. i. glorioſaꝫ eiꝰ
virtutē in ſuſcitatōe fratris tui. Tulerūt ꝗ la
pidē ad p̄ceptū xpi. ¶ Terciū ꝯſiderandum
eſt xpi orō. Uoluit quidē orare vt ꝯfunderet
maliciā iudeoꝝ qui ſibi imponebāt ꝙ facie=
bat miracula virtute demonū. Quare eleua
tis oculis ſurſuꝫ dixit. Pater grās ago tibi
qm̄ audiſti me. Deus eni pr̄ celeſtis magni=
ficentiſſimꝰ eſt. Et iō ex graꝝ actōe de p̄teri=
tis ad p̄ſtanda bñficia ſequētia ꝓuocatꝛ. hoc
vtiqꝫ eſt ꝓpriū magnifici. vt habetꝛ. iiij. ethico
rū. Subiūxit in orōe xps Ego aūt ſciebā qꝛ
ſꝑ me audis. ſꝫ ꝓpter ꝓplm̄ q̄ circūſtat dixi. vt
credāt. qꝛ tu me miſiſti. Sciendū h̄ ꝙ orare
p̄rē ꝯuenit xpo rōe hūanitatis in q̄ minor ē
p̄re nō rōe diuinitatꝭ in q̄ eſt ei eq̄lis. ¶ Quar
tū ꝯſiderandū eſt lazari vocatio. poſtqꝫ ei ſic
orauit clamauit voce magna. lazare veni fo=
ras. Dicit hic Theophilꝰ. Altius clamauit
vt gētiliū ora refrenet fabulantiū in tumulis
ēē aīas defunctoꝝ. Clamat igitꝛ q̄ſi aduocās
de longinq̄. Uel ſm Nico. de lira. Clama=
uit voce magna qꝛ ſi dixiſſet ī ſilētio. poſſent
aduerſarij dicere ꝙ verba magica ꝓtuliſſet.
¶ Quintū ꝯſiderandū dꝛ ſubita reſurrectio
Statim nāqꝫ ꝓdijt q̄ fuerat mortuꝰ ligatus
manꝰ et pedes inſtitis. et facies ſudario erat
ligata. hic declaratꝛ virtꝰ diuina. nō ſolū ſuſci
tando mortuū ſꝫ etiā faciēs exire ligatū. In
hoc inſuꝑ apparet certitudo miraculi inq̄tū
exiuit lazarus eo mō q̄ fuerat ī ſepulcro poſi
tus. Dixit eis ieſus. Soluite eū. Fecit hoc
vt accedētes de ꝓpe ⁊ tangētes ex viſu ⁊ tactu
eſſent teſtes miraculi. ſubiūxit xps. Et ſinite
abire vt oſtendatꝛ vere ſuſcitatꝰ ꝑ opa vite. cu
iuſmodi ē ambulatio ⁊ comeſtio ⁊ ſilia. Mul
ti ꝗ ex eis q̄ venerāt ad mariā et marthā et vi=
derāt q̄ fecit ieſus crediderūt in eū. Quidam
aūt ex ipis abierūt ad phariſeos ⁊ dixerunt
eis q̄ fecit ieſus. Dicūt doctores aliq̄ ꝙ id fe=
cerūt bono zelo moti. volētes ex miraculo vi
ſo refrenare irā coꝝ ꝯ ieſum tanꝗ̄ irrōnalem.
Alij vero aſſerūt ꝙ ex malignitate moti fue=
rūt ad hoc. qꝛ et viſis ſignis boni et electi cō=
uertuntꝛ. mali obdurātꝛ. Et hoc magis vide=
tur ex lr̄a ſequēti. vbi agitꝛ de ꝯgregatōe pha
riſeoꝝ ad tractandū de morte xpi. Exprimur
ſic eſſe in ꝓplo xpiano in q̄ mlti audiētes enar
rari exq̄ſita opa xpi: afficiūtur ſpūali leticia.
pleriqꝫ vero illa deridere ſolēt. et qđ grauius
eſt negāt et impugnāt veritatē ꝓphetarū aplo
rū martyrū doctorūqꝫ teſtimonio cōprobatā
Mendaciū inquiūt eſt ꝙ lazarꝰ reſurrexit.
O ſtulti. o tardi corde ad credendū. vos mē=
daces eſtis vos filij diaboli. q̄ euāgeliſte io=
hanni virgini dei electo acq̄eſcere recuſatis.
Ipe vtiqꝫ lazari reſuſcitati texuit hiſtoriā q̄
oīa oculate ꝑſpexit. Ergo oī infidelitate de=
poſita. demus grās xpo noſtro redēptori q̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſicut lazarū quatriduanū ſuſcitauit a monumento ita in fine ſeculi reſuſcitari faciet oēs hoīes mūdi vt in eternū damnent̄ iniq̄. Juſtis vero tribuat̄ premiū vite eterne. Amen.

¶ Sermo decimuſſeptimus de pꝛ̄ſſima paſſione ſaluatoꝛis noſtri ieſu xp̄i.

PLoꝛemuſ ante dominū q̄ fecit nos q2 ipe eſt dn̄s deꝰ noſter. Ad paſſionē nos inuitātis ꝓphete illuminati verba ſunt iſta p̄s. xciiij. Neſcio q̄d flebilius ac pietate et cōmiſeratōe magis dignū cōmemoꝛari pt. q̄ꝫ abiectiſſima paſſio moꝛſq̄ꝫ acerbiſſima Jeſu xp̄i filij dei. Utiq̄ꝫ oī fera crudelioꝛ durioꝛq̄ꝫ petris cenſeri dꝫ. quiſq̄ꝫ ille ſit q̄ ad tanti myſterij memoꝛiā nō cōpungit̄. Si enī abſq̄ꝫ lachꝛymiſ nō ſolū narrari vel dici. immo nec excogitari pn̄t q̄ de moꝛte Ceſaris aut Pompei magni aut Hectoꝛis troiani. aut Darij pſarū regis. vel Alexādri macedonis. alioꝛūq̄ꝫ regū vel imperatoꝝ cōſcripta ſunt. quāto magis moꝛs regis regū plangentibꝫ oculis ad mentem eſt reuocāda. Accedit ad hoc ꝙ ille q̄: peccatū nō fecit. nec dolus inuentꝰ eſt in oꝛe eiꝰ. moꝛtuus eſt ꝓ nobis debitoꝛibꝫ moꝛtis. vt nos redimeret. vt nos ſaluos faceret. vt nos ad celeſtē patriā reduceret. ī ligno crucis pependit. Cōpatiendū itaq̄ꝫ illi eſt q̄ tā dura ꝓ nobis tulit toꝛmēta. ne in die iudicij cū venerit in gloꝛia maieſtatis ſue inueniemur ingrati in cōſpectu eius. Nā vt quidā deuotꝰ ait. Hodie xp̄s de cruce ſic alloquit̄ vnūquēq̄ꝫ. Uide hō q̄ ꝓ te patioꝛ. vide penas q̄bus afficioꝛ. vide clauos quibꝫ ꝯfodioꝛ. nō eſt doloꝛ ſicut q̄ crutioꝛ. cū ſit tātus doloꝛ exterioꝛ intus tn̄ doloꝛ eſt grauioꝛ. tam ingratū dū te experioꝛ. Deponamꝰ igit̄ duriciā animi. induamuſq̄ꝫ viſcera pietatis et deuotōe q̄ poſſumus xp̄m in cruce paſſum pit̄er lugeamꝰ. Nec vile aut muliebꝛe putandū eſt hoc officiū exoluere. quinimmo et piū ꝛ laudabile foꝛe exempla luculētiſſima manifeſtāt. Scribitur nāq̄ꝫ Gen̄. l. c. Q2 ioſeph ruit ſup faciē patris ſui defuncti flens ꝛ deoſculans eū. Et Gen̄. xxv. c. Qualiter abꝛaā fleuit ſarā vxoꝛē ſuā defunctā. Et. ij. Re. i. c. Quō dauid planxit ſup Saul et Jonatha interfectos in ꝓlio. Et. ij. Regū. iij. ca. Quemadmodū dauid leuauit vocē ſuā ꝛ fleuit ſup tumulū abner quē Joab et abiſai interfecerāt. Et. ij. Re. xviij. ca. dicit̄ adhuc de dauid. ꝙ cū audiſſet moꝛtē filij ſui abſolon flebat dicēs. Abſolon fili mi fili mi abſolon. Et Nume. xx. c. Laudat̄ populus q̄ moꝛtuo Aarō fleuit ꝑ triginta dies Et. i. Re. xxviij. Samuel moꝛtuꝰ eſt planxitq̄ꝫ eū oīs ꝓplꝰs. Et. ij. Machab. ix. c. ponitur. ꝙ poſtq̄ꝫ iudas machabeus cecidit et occiſus fuit in ꝓlio fleuit eū oīs ꝓplꝰs planctu magno. Narrat etiā Juſtinus. ꝙ cū nunciatum fuiſſet Alexandro vxoꝛē darij quā detinebat captiuā in partu moꝛtuā fleuit ex hūanitate. Inſup ꝙ dū alexāder expoſt exanime coꝛpus darij inuenit quē ſui interfecerant fudit lachꝛymaſ. Quis ergo abſq̄ꝫ gemitu audire pōt ꝙ ille q̄ oībus ꝓſtat vitā ē moꝛtuꝰ in cruce. O xp̄iani oēs. O viri. O mulieres. O iuuenes. o ſenes. o virgines. o vidue. o nupte. o pie matres. o populi cuncti nobis oībꝫ dicit eccleſia verba in themate ꝓpoſita. Ploremus ante dn̄m affixum patibulo crucis q2 ipe eſt dn̄s deꝰ nr̄. Ad quē ploratū poſſumꝰ deo ꝓpitio ꝑuenire. ſi diligēter voluerimꝰ ac fideliter ꝯſiderare ignominiā crucis dn̄i nr̄i ieſu xp̄i. Jccirco in p̄nti ſermone de ipa paſſione dn̄ica tria myſteria ꝓponemꝰ ꝯtēplāda.

¶ Primū dicit̄ voluntatis.
¶ Secundū humilitatis.
¶ Terciū acerbitatis.

¶ Q2 xp̄s ex ardentiſſimo amoꝛe volēs paſſus eſt et de voluntatis eius qualitate.

¶ Capitulum primū.

PRimū myſteriū cōtemplandū de paſſione ieſu xp̄i dr̄ volūtatis. Ad cuius clarā explanationē tria dubia occurrūt enucleanda.

¶ Primū vtrū chꝛiſtus paſſus ſit ex volūtate aut ex neceſſitate.
¶ Scdm vtrū in xp̄o fuerūt plures volūtates
¶ Terciū vtrū in xp̄o fuit ꝯrietas voluntatū.

¶ Ad primū dubiū dicere debemꝰ ꝙ xp̄s ex volūtate paſſionē ſuſtinuit. Hoc vtiq̄ꝫ ꝓbamus abunde. dr̄ enī ꝑ Eſaiā. liij. c. Oblatus eſt q2 ipe voluit. Et Damaſcenꝰ inq̄t. Nihil coactū in xp̄o ſed oīa volūtaria. volēs eſuriuit volens ſitiuit volēs moꝛtuus eſt. Inſup paſſio xp̄i fuit bona et meritoꝛia ergo volūtaria. Un̄ Augꝰ. li. i. cōfeſſionū ait. Nemo inuitus bn̄ agit etiā ſi bonū eſt qd̄ agit. Et hec ſn̄ia cōfirmat̄. xx. q. iij. c. pn̄s clericus. Nullū bonū niſi voluntariū. Et. xv. q. i. c. nō eſt. Uoluntariū ſibi militē elegit xp̄s. Quare et ipe volūtarie paſſus eſt. Dicit nāq̄ꝫ Alex. de ales in. iij. volumine ſumme ſequendo Damaſcenū Hilariū et Hugo. in li. de ſacramētis. Q2 aliter fuit potētia patiendi in xp̄o q̄ꝫ ſit in nobis in ſtatu miſerie et in adā in ſtatu innocentie. Nā in ſtatu innocentie fuit potentia patiēdi ſine neceſſitate ꝛ ſine volūtate. quare Adā impaſſibilis erat ex ꝟtute diuine

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf